VETUS ET NOVA ECCLESIÆ DISCIPLINA

CIRCA

BENEFICIA & BENEFICIARIOS,

DISTRIBUTA IN TRES PARTES SIVE TOMOS,
quæ & ipſæ in tres Libros ſingulæ diſtributæ ſunt.

PARS SECUNDA, ſive TOMUS SECUNDUS,

UBI AGITUR

LIB. I. De Vocatione & Ordinatione Clericorum, de Patronatu, de Irregularitatibus & Scholis.

LIB. II. De Epiſcoporum Electione, Confirmatione, Ordinatione, Ceſſione, Reſignatione, Translatione.

LIB. III. De pluralitate Beneficiorum, de Commendis, de Diſpenſationibus, de præcipuis Officiis Epiſcoporum, de Reſidentia, de Conciliis, de Comitiis Cleri & Regni, de Synodis, de Viſitationibus, de Prædicatione, de Pauperum Tuitione, de Exercitio Juriſdictionis.

OPUS EX SANCTIS PATRIBUS, EX CONCILIIS, ex quorumque temporum Hiſtoriis decerptum.

EDITIO TERTIA ITALICA
variis Animadverſionibus locupletata.

AUTHORE, EODEMQUE INTERPRETE

LUDOVICO THOMASSINO
Oratorii Gallicani Presbytero.

VENETIIS, MDCCLII.
EX TYPOGRAPHIA BALLEONIANA.
Superiorum Permiſſu, ac Privilegiis.

VETUS ET NOVA
ECCLESIÆ
DISCIPLINA
CIRCA BENEFICIA & BENEFICIARIOS,
DISTRIBUTA IN TRES PARTES,

Quæ & ipſæ in tres libros ſingulæ diſtributæ ſunt.

PARS SECUNDA,

IN QUA AGITUR

De Vocatione, de Electione, Confirmatione, Præſentatione, Translatione, Ceſſione, Reſignatione, Depoſitione Beneficiariorum. Item de Reſidentia, de Conciliis, de Viſitationibus, de Prædicatione. Denique de Irregularitatibus, de Commendis, & de Diſpenſationibus.

LIBER PRIMUS,

DE VOCATIONE ET ORDINATIONE CLERICORUM & Beneficiariorum. Quam obnoxii ſint Epiſcopis. De Patronatu. An eligendus ſemper dignior. An poſſit, an debeat refugere electus. De Irregularitatibus & Scholis.

Ordo, Beneficium, Ordinatio Clericos Epiſcopo obligabat. De iis quos Papa ordinabat. De Titulo Patrimonii.

CAPUT I. P. I. L. I. c. I.

Ordinatione magis quam origine, vel domicilio, Clerici Epiſcopo obligabantur, per quinque priora Eccleſiæ ſæcula.

I. In Concilio Sardicenſi & Carthaginienſi cautum eſt, ne Epiſcopi eos ordinarent, qui mundi eſſent ex alienis Diœceſibus. Et Canoni maxime obtemperatum fuiſſe probatur.

II. Ordinatione et Epiſcopo mancipabatur Clericus, qui primum Ordinem [illegible].

III. IV. In Africa poterat Carthaginienſis Epiſcopus, quorumlibet Eccleſiarum Clericos in alias transferre, ſibi vero Epiſcopos delegiſſent. Multa obſervantur ſuper ea re.

V. In Eccleſia Gallicana non originis, non baptiſmi ratio habebatur, ſed Ordinationis, vel Beneficii.

VI. Exemplo illuſtratur, quam arcte ordinatum Clericum Epiſcopoque ipſi Ordinanti aſtringat.

VII. Idem evincitur ex Decretis Pontificum.

VIII. IX. Exempla Origenis, Hieronymi & Paulini.

X. Memoranda Cypri Epiſcoporum conſuetudo, ut alii aliorum Clericos ordinarent, Ordinationem fugientes.

XI. XII. Interpoſita iis conſuetudo temporibus graviſſimarum perſecutionum.

1. ID omnino verterant priſci Eccleſiæ Canones, ne ordinarent Epiſcopi, non Clericos tantum aliquo jam Ordine ab alio Epiſcopo occupatos atque devinctos: ſed ne laicos quidem, qui origine ipſa ſua alienorum Paſtorum gregi & imperio adſcripti fuerant. A Concilio Sardicenſi ita conſtitutum fuiſſe ſanctiſſime affirmavit Gratus Carthaginienſis Epiſcopus in Concilio Carthaginienſi I. cui præerat. Nec enim conſtare poſſe pacem inter Epiſcopos, niſi mutua illa honoris ſollicitudine; commune autem Epiſcoporum conſortium, ut Colle-

legæ